

78 N 14 [118] VD12

Josephini WEIKHMANNIANVS
Theologorum A. C. post scriptis Manuscriptis
SINTIATIONE
HABE MATOR
EL. EMBRUMADOCIO.
D. CON. G.
SERVAT. D. T. S.
MANIBVS.
WEIKHMANNIANIS.
S.
EXEMPLAR. D. P. T. I.
DAW. I. S. D. R. S. T.
M. O. R. O. R. I. S. A. P. R. A. M.
IMPERATOR. H. T. C. S. M. I. A. K. O. S. A. P. R. O. R. W. S. A. R. I. A. W.
A. V. R. F. C. O. R.
I. T.
B. R. N. R. F. C. R. R.
D. M. A. N. I. B. S.



Kapsel 78 N 14 [118]

X 3165181

AK

Joachimi Weikhmanni
Theologorum A. C. hoc tempore Nestoris
ENITYMBION.

HAVE. VIATOR.
ET. EVPHEMIAS. OCVLO.
CONTVERE.
SERVVM. CHRISTI. FIDISSIMVM.
JOACHIMVM. WEIKHANNVM.
QVI. OMNIBVS.
DVM. NOBISCVM. FVIT.
EXEMPLVM. ET. DELITIVM,
DVM. ESSE. DESIIT.
MOEROR. ET. SVSPIRVM.
SIBI. VERO. SVSPIRIORVM. SVORIVM.
IMPETRATOR. FELICISSIMVS. FVIT.
VALE. LECTOR.
ET.
BENE. PRECARE.
D. MANIBVS.

V I R O
Præ-Nobilissimo atque Consultissimo
D O M I N O
**G OTTLIEB G ABRIELI
W EIKHMANNO**

J Cto
Per-Illustris & Magnifici Senatus Gedanensis
a Secretis
S. & O.

M. CHRISTIANVS GOTTHOLD WILISCH

Ecclesiastes Primarius ad D. Nicolai apud Freibergenses in Misnia.



Ubilice, TE, Vir Prænobilissime, adloqui, alia plane occasione, idque ante duos fere annos, mecum constitueram. At enim vero funestissima illa & non satis deploranda calamitas, qua Perillustrem Rempublicam Vestram immane quantum afflixit, gaudia tunc mea de TE ad Reipublica Secretarii dignitatem evecto, intervertit, calamunque retinum quidem, lingvam vero & animum ad preces & suspiria pro restituenda Vobis tranquillitate & salute publica quotidie excitavit. Et dum vota hac mea Deum O. M. felici eventu comprobasse gaudeo impense ac lator, atque animum ad scribendum ad TE applico; Proh! tristissimus adseritur nuntius, Parentem TVVM Optimum, Theologum & meritis in ecclesiam immortalibus, & Officii gravitate, & canitie, admodum Venerabilem, ex hac vita ad æternas sanctissimorum animorum sedes emigrasse. Norunt omnes, qui WEIKHMANNVM norunt, ac ingenti cum dolore & gemitu sentiunt, quid & quantum in Ipso nobis sublato Ecclesia universa, & Vestra in primis A. C. addicta amiserit. Plangit universum, quam late pater, mare *Baticum*, collugeat *Saxonia*. *Saxonia* inquam: qua WEIKHMANNVM in Academia Vitæbergensi Juvenem, ad summa quavis enicentem, vidit, sovit, & jam tum illis temporibus suscepit, & admirata fuit: quia Ipsum in virili etate florentissimum ad se revocare, & summum sacræ sui, Praesulem præficere, sed frustra, destinaverat: qua tandem duram Senis hujus sanctissimi tot & tanta mala in obfitione gravissima perpetui Vicem publice & privatum lamentata fuit, & deploravit quam impensissime. Permittas igitur, quæfo, Magne *Magni Patris* Fili, Genitis TVÆ Robur & Decus Præstancissimum, ut in TVI in primis luctus societatem ire TVISque meas commiscere lacrymas mihi liceat. Neque enim desunt mihi excusandi hujus mei consilii, præter adductas, adhuc alia rationes. Nolo longe reperere, quid & quantum *Perillustri Gedanensem Croitati* debeat Freiberga, tractus in *Misnia* montani metropolis, cuius illa filios, partim variis quondam exornavit beneficiis, partim ad splendidissimum extulit dignitatis fastigium. Non dubito,

dubito, ut alia silentio prætermittam exempla, qvin JO. MAVKISCHII ex ordine *Freibergensium* facro oriundi memoria apud Vos seruetur adhuc inviolata, atque ad posteritatis exemplum in omnium animis vigeat, quippe qvi *Gymnasi Acad.* Veltrei Recto & ad S. S. Trinit. *ædem* Pastor, eccliesi pariter ac juventuti studiose operam navavit utilissimam. Sed hac force nimis e longinquo videntur arcessita, propiora allegabo.
TE amo, TE colo, TE suspicio, WEIKHMANNE Cordatisime. Cum in itinere TVO eruditiois augenda amplificandaqve causa ante aliquor annos instituto *Belgium, Angliam, & Germaniam*, jam envenitus, tandem montium quoque nostrorum juga, quo in terra vñctera ies, atque admiranda Dei opera in profundo perscrutareris, TIBI ad eunda censeris, & me quoque salutatione TVA dignum judicares, me statim, non in TVI solum admirationem, sed propenfissimum quoque amorem mirifice pertraxisti. Omnia enim, quacunque in tam grato Hospite contemplabar, oculos animumqve occulta quadam vi, magnetis instar ad ipsius complectendum colendumqve aliciebant. Nullum alium in finem peregrinandi impetum ceperat mens TVA generosa, nisi, ut in angulo latere aut domeslico otio confencere recusans, exteris quoque virtutes suas ostenderet, aliorumqve maximis clarissimisque exemplis confirmaret. Qvod igitur laudabiliter in TE exqvendum suscepisti, id præstisisti qvam felicissime. Fructus igitur ex peregrinatione TVA uberrimos: solidi eminentisque in omni litterarum genere eruditiois thelauros; in fronte vero, oculis, vultu & cultu universo, nitorem omnem, humanitatem ipsam, & pulchritudinem decus, imo omnes Gratias comites, veluti, domum TECum reportasti. Qvoriescunqve in sermonibus TECum habitis virorum eruditione insignium nomen occurrebat, TV eos non vidisse solum, & convenisse, sed quid valeant, & quales erga peregrinantes se gerant, multo quoque cum judicio, procul omni ramen injuria, poteras commemorare. Qvanti vicissim TE summo ingenio atque eruditiois clarissimi omnium gentium Viri fecerint, sua ad unum omnes manu fuerant contestati. Quid mirum igitur, qvod omnes boni & cordati, qvibus TE nosse volueret, TE colant qvam diligentissime? Qvam etiam de causa Patria TVA nihil prius nihilque antiquius habuit, qvam ut TE ex tot Academis & tot itinerum ambagiis domum reversum suscepisti libenter, suscepimus foveret benigne, & dato ornandi loco, cumulate augerer. TE igitur Parentibus Optimis, Amplissimisque Necesstitudinibus vix redditum *Magnificus & Perillifris Senatus Vebras* a Secretis Sibi esse voluit, quo collectas undique eruditiois, doctrina, & experientia divicias in Reipublica commodum convertere. At enim vero hujus amplissimi Officii spatia vix ingrefsum proh! quanta & qvam minaces infortunii procella, fluctus horribiles & periculi plenissimæ tempestates, in communi Patris calamitate exercuere & di- vexavere? Qyas qvidem nondum eluctatus Parrem tam Bonum, tam Indulgentem, tam Probum amitis, mi WEIKHMANNE? Verum enim vero hæc sunt Dei consilia, ut eum, quem in futuros Reipublice usum natum, & sub faustis omnium Elegantiarum & Musarum generalibus enutritum esse voluit, variis quoque fortunæ adversa castibus bene probatum ad edenda animi magnitudinis specimina excitarer, excitatum confirmarer, confirmatumqve altius aliusqve exsurgere juberet. Bono igitur esto animo, Vir Optime, fides TVA, morumqve probitas Deo cura cordique est: *Senatus Populusque TVVS TE amat & obseruat:* Parentis in hospitium Cæli beatissimorum coetu jam versantis preces & vota, qvibus in lectulo suo emortuali bene Vobis dixit, omni felicitatis genero TE una cum universa Domo TVA exornabunt, ut WEIKHMANNI Patris virtus in Filii magis magisque refurgat & perpetuo amplificetur. Sic vale, VIR Consultissime, & me amare perge, Vale! Ser.

Freiberga in Misnia Montibus e mufeo ad D. Nicolai Ædem pridie

Kal. April. A. O. R. M DCC XXXVI.



78 N 14 [118] vD18

Farbkarte #13

B.I.G.

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Centimeters									
1									
2									
3									
4									
5									
6									
7									
8									
Inches									
1									
2									
3									
4									
5									
6									
7									
8									
9									
10									
11									
12									
13									
14									
15									
16									
17									
18									
19									



D.

MANIBVS.
IMANNIANIS.

S.



Kapsel 78 N 14 [118]

X3165181 AK